

It. Fides non est opus corporis, auriū, oris, manuum, pedumve, sed intimi fundi cordis jubet ergo Christus credere i. e. internos & spirituales fieri. Luth. tom. 6. Germ. ad cap. 17. Joh.

Fidelium lumen est animarum, incunctanter credere, quæ corporeo non videntur intuitu, & ibi figere desiderium, quò nequeas inferre conspectum. Leo serm. 2. de ascens. Dom.

Bernh. in sent. f. 491. Duob. modis impeditur oratio peccatoris, vel nulla, vel nimia luce. Nulla luce illustratur, qui peccata sua nec videt, nec confitetur. E contrario nimia luce obruitur, qui ea tanta videt, ut de indulgentia desperet. Horum neuter orat. Quid ergò? temperanda est lux, ut peccata sua videat peccator, & confiteatur, ac pro ipsis oret, ut remittantur.

Ambros. lib. 1. Epist. 3. ad Simpl. t. m. 3. p. 760. Tantæ pietatis est Dominus Jesus, ut ipsi Judæ donaret veniam, si Christi expectasset misericordiam.

Albinus lib. 1. in Joh. cap. 11. Sicut anima corporis vita est corporis: ita fides animæ est vita animæ.

Basiliius in Psal. 115. πίστις ἢ ὑπὲρ τὰς λογικὰς μεθόδους τὴν ψυχὴν εἰς συγκατάθεσιν ἔλκεται πίστις οὐκ ἢ γεωμετρικαῖς ἀνάγκαις, ἀλλ' ἢ ταῖς τῶν π. εὐ-